



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 41. De Primo verbo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

loquendi tempus esse: sed si quid nobis perfectionis aut iniuria adferatur , amore Christi tacendum & ferendum.

5. In temptationibus & angustijs quanquam videamur destitui ope diuina , nunquam tamen debemus spem de Deo planè abijcere, suo tempore enim siue dubio auxilia & solatia submittet.

6. Irrident Christum in cruce, qui in peccatis suis gloriantur , quibus ipsummet Christum crucifixerunt.



MEDITATIO XLI. DE PRIMO VERBO.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- Luc. 23.* I. IESVS in Cruce pendens, dicebat:
II. PATER DIMITTE ILLIS.
III. Non enim sciunt, quid faciunt.

F I G V R A.

Exod. 32 DV M filij Israel in deserto sibi idola constituunt, & contra ducem Moysem grauiter murmurāt: Moyses ipse flexis humi genibus in vertice montis rogarbat, vt Deus illis ignosceret.

PROPHET.

PROPHETIÆ.

1. **P**ro eo, ut me diligenter, detrahebant Ps. 108.
mihi: ego autem orabam.

Et posuerunt aduersum me mala pro bono- Isai. 57.
nis, & odium pro dilectione mea.

Et pro transgressoribus rogauit.

Isai. 53.

DOCUMENTA.

1. **V**e mædmodum Christus tanta caritate
pro inimicis deprecatus est: sic & nos
promptos esse conuenit ad veniam o-
mnibus iniuriis dandam, & orare pro perse-
quentibus & male de nobis loquentibus.

2. **Q**uia tam bonus est Dominus, ut ignoscat
crucifixoribus suis, ponamus & nos certam
spē in misericordia eius, & rogemus ut & no-
bis ignoscat, qui peccatis nostris non minus,
quam Iudæi ipsum crucifiximus.

3. Si nefarium illud scelus inimicorum, Chri-
stus apud Patrem excusauit: quanto nos conte-
nit magis, si quidem caritate prædicti sumus,
excusare, non augere exiguae proximorum
offensiunculas?


4. Magis Christum peccata Iudeorum quam
sui dolores angebant, itaque Patrem non pro-
se, sed pro illis rogauit. Sic & nos si veram pie-
tatem imbiberimus, plus curæ suscipiemus in
salute alterius spirituali, quam in nostra tem-
porali.

O 3

Si Ia-

5. Si Iudæi excusatione digni videbantur, quod nescirent, quid facerent: nos quibus Christus cognitus, toties tan^m en iterum per peccata crucifigitur, quam apud Deū inueniemus excusationem?

6. Christus à quo tempore in horto captus est, ad mortem usque multa fecit & pauca dixit, ut doceret nos, cum in res molestas & duras incidimus, patientia multa, non multis verbis opus esse.



MEDITATIO XLII. DE SECUNDO VERBO PUNCTA MEDITATIONIS.

- Lue. 23.*
- I. *Vnus latronum, improperabat Christo dicens: Sit u es Christus; saluum fac te ipsum, & nos.*
 - II. *Alter increpabat eum dicens: Neq^{ue} tu times Deum, quod in eadem damnatione es? & nos quidem iuste &c. Hic autem nihil mali gescit.*
 - III. *Et dicebat IESV: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. Ait IESVS: Amen dico tibi; hodie tecum eris in Paradiſo.*

FIGV: